Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legitur: Et dissipabo consilium iudę & hierlm in loco isto. & sub
uertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum / in manu querentium
animas eorum. & dabo cadauera eorum escas uolatilibus celi / bestiis
terrę. / ponam ciuitatem hanc in stupore & in sibilum. omnis qui pteriet
per eam obstupescet / sibilabit super uniuersam plagam eius. & cibabo eos
carnibus filiorum suorum & carnibus filiarum suarum / unusquisque carnem amici
sui comedet in obsidione & angustia. in qua concludent eos in
inimici eorum / qui querunt animas eorum. Quamquam hec in babilonica
captiuitate accidisse populo nouerimus. tamen plenius referuntur ad
tempora saluatoris. / quando obsessi sunt a uespasiano / tito. & ciui
tas eorum de adriani temporibus in eterno cinere elapsa est. / ut quos
tulerant filios suos idolis. ipsi eos postea famis necessitate
compulsi in ciborum usum uerterent. carnesque omnium darent uola
tilibus celi / bestiis terrę. ut quos in muneribus abusi fuerant impie
tatem. & propria uiscera idolis immolarent. / uentres suos sepul
chra facerent liberorum. Et conteres lagunculam in oculis
uirorum qui ibunt / egredium tecum / dices ad eos. Hec dicit dominus
exercituum. Sic conteram populum istum. & ciuitatem hanc sicut conteritur
uas figuli quod non potest ultra instaurari. Respicue in babilonica
si de romana dicitur captiuitate Post babilonios quippe / urbs
instaurata & populus reductus in iudeam / habundantię pristine
restitutus est. per captiuitatem autem quę sub uespasiano & tito. / per
ea accidit sub adriano. usque ad consumationem seculi ruinę
hierlm permansurę sunt. / quamquam sibi iudei. auream atque gemma
tam hierlm restituenda putent. / rursumque uictimas & sacri
ficium / coniugia secum. & regnum in terris domini saluatoris. Quę
licet non sequamur. tamen dampnare non possumus. / quia multi ecclesiasticorum
uirorum / martyres ista dixerunt ut unusquisque in suo sensu ha
bundet. & domini iudicio cuncta reseruentur. Quomodo autem uas
fictile / testeum si fractum fuerit. in antiquam speciem non potest
reformari. / sic / populus iudeorum & hierusalem subuersa. pristinum
statum non habebunt. Denique cassum nomen est ipsum hodie ciuitatis
/ abbelio adriano helia dicitur. / & cum habitatione pristina. pristinum